



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 10. Moschoviæ ducum servitus sub Tartaris

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

§. X.

Sæcul. XV.  
A.C. 1479.

*Moscoviae Ducum servitus sub  
Tartaris.*

Joannes potissimum impellente uxore *Krantz. 13.*  
sua durissimura Tartarorum, qui trans *Vandal. 15.*  
Volgam fluvium degebant, jugum ex-  
cussit. Hi Russiam usque adeo sibi ve-  
tigalem, ac stipendiariam fecerunt, ut  
hujus Provinciæ Dux Tartarorum Lega-  
to, qui equo vobebatur, longius obviam  
pedes ire compelleretur. Eundem quo-  
que honorem exhiberi petierunt eorum  
Oratoribus, quoties vel tributum exige-  
bant, vel ob alia negotia advenerant;  
his etiam Dux poculum lactis equini, qui  
potus est Tartaris gratissimus, porrigeret  
jubebatur, & si forte guttula inde in  
jubam equi defluxisset, eam lambere co-  
gebatur; cum autem Tartarorum Im-  
peratoris, quem *Cham* vocant, legeren-  
tur literæ, ipse Moscoviae Dux eas per-  
cepturus, genua flectere tenebatur, nec  
ullum hujus Imperatoris imperium, e-  
tiam si bellum contra Christianos, foede-  
ratos, aut sanguine sibi junctos indicere-  
tur, detrectare poterat. Subacta autem  
Novogardia atque Moscovia, Joannes  
Basilides non modo ab aliena dominatio-  
ne liber evasit, sed etiam ad tantam ex-  
crevit potentiam, ut ceteris terrori esset,

ac

Sæcul. XV. ac Poloniæ Rex, necnon magnus Lithu  
A C. 1479. niæ Dux satius ducerent **cum eo** indu  
cias pacisci, quam **cum tam valido hosti**  
congredi.

## §. XI.

*Quis primus titulum Czar  
adoptaverit?*

Inter Moschorum Duces omnium pri  
mus Basilius Filius appellari volu  
*Moscoviæ & Russiæ Czar*, quod nome  
juxta quorundam Auctorum opinionem  
idem sonat ac *Imperator*. Agebat  
autem annus Domini millesimus septu  
gentesimus vigesimus primus, cum Mo  
covitarum Czar primus adoptaret titu  
lum Imperatoris Russiæ, quem ab Imp  
ratore Turcarum obtinuit, eundemque  
Hollandiæ Provinciæ Anno millesimi  
septingentesimo vigesimo secundo tau  
quam Cæsarem agnoverunt. Referunt  
nonnulli Moscoviticarum rerum Scriptu  
res, quod Joannes Basiliades Novoga  
diam subegerit, opera usus Theophili  
Archiepiscopi, qui supremam in urbe au  
ctoritatem habebat, ac vindictam parabat  
adversus præcipuos illius cives, eo quo  
illi a suo ritu, qui a Græco haud absolu  
tis erat, ad Romanam Ecclesiam transi  
meditarentur; Tunc enim Russi adhuc  
dum Constantinopolitani Patriarchæ ju  
risdictione